


CIMELIA

0

71


kat. komp.






71

CIMELIA






1907. I. 21.

20 BAPTIS-
SMVS ARME-
NORVM

Per M. Andream Lubelczik Bochnen. Cano-
nicum & Cöcionatorem Lecpolien. or-
dinarium, latinitati ad uerbum
donatus.



I Corin. 12.

Non sit schisma in corpore, sed in idipsum
pro inuicem sollicita sint membra.



Ephesi. 4.

Vnus Dominus, una fides, unum baptisma,
unus Deus & pater omnium.

Cim. O. 41

Adiecta est præterea purificatio mulieris
Armenæ post partum in calce libelli.

EXCVSSVM

In officina Viduæ Floriani Vnglerij relictæ.

Anno Christianæ salutis 1544.

Teol. pol.

35 mm



Tam pulcher uitulū q̄ sm, toleransq; laborum
 Hoc tibi non mirum sit. bene conueniunt.
 Nam pulchram, & ueterem, signo de stemmate gēte
 Ornat quam Samuel dotibus egregijs.

I T

P
 AC
 ST
 MA
 ce
 L
 L



Me
 num
 te E
 stia
 dem
 loru
 vno
 bar
 pre
 gun
 dent
 coru
 Pare

PRÆSTANTISSIMO

AC REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI DOMINO SAMVELI MACIEIOſSKI EPISCOPO PLO-

ceñ. Regniq; Poloniae Procancellario M. Andreas Lubelczik Bochnieñ. Canonicus & Concionator Leopolieñ. Vnitatem schismatum ac Iudicium in arduis humiliter commendat.



REQVENTER SOLET insultare nobis antistes integerrime gens recūtita hæbreorum atq; insultatā. nostra arma velut pro Imper-

fracta parma obicere, de aduentu Messie illis per dubio fiet (inquit Christus vester) v. 10. 10. num ouile & vnus pastor. Quibus verbis nuda ex sōte Euangelij excerptis, nec vnum vnquā pastore Chri-
stianum audisse, nec vnum ouile vidisse, multa siquidem ouilia ex sua Thalmutica fictione astruunt, Italo-
lorum, Græcorum, Slauorum, Armenorum, seu ut illi vno vocabulo comprehendunt Goiorū. Imo quot barbaras linguas, tot & ouilia, præter sanctum ouile ino-
præsancto Idiomate hæbreo erectum à Mose confin-
gunt, nec vnum item pastorem, verum alium in ostē-
dente sole, Papam, In oriente vero Patriarchas Græ-
corum, Catholicos Armenorum, similiter Episcopes ac
Parochos infinitos, hinc falso colligit quasi quod sint
A ij sacerdos

sacerdotes tot & schismata ac ouilia, insuper hec cæ-
cata nacio adducit in sui comenti fulcimentū hoc, quia
abhorrent latini Græcos, Græci detestantur Armenos
Armeni similiter Græcos, se seq; mutuo mordent, inse-
stantur, atq; sugillant, & ni Magistratus cohiberet
grauia multa, actum esset de vita multorum, cum orta
esset harum nacionum in confessu eciam serio discepta-
tio de rebus fidei, subiungit præterea hæc dura ceruicis
digno notata Epitheto Synagoga, Anatematizationes
mutuas, grauissimum vnitatis ac pacis disturbium, non
solum pro fide, sed etiam pro varijs ritibus fidei, dum
alij coelibes volunt videri, alij coniugibus ligati, hij bar-
bis redimiti, illi velut à natiuitate glabri, hos azimus
sacer panis oblectat, illos vero massa fermentata deti-
net, Quidam efficere Christianum cupientes Triadem
superbenedictam sub prima persona inuocant, quidā
vero hoc in tertia p̄ficere contendunt, nam cum for-
te accidit Iudeum leuari à fonte Græco, velut in Ba-
scio nuper euenerat, tanquam de Scylla in Charibdim
quidam incidisse impudenter affirmare ausi sunt, cum
magno vnitatis Christiane dispendio & Neophiti ma-
iori vacillatione, Quasi vero duæ essent Cule Christi,
aut duo pastores, aut alia trias latinorum, alia Græco-
rum, alia Armenorum, sicq; multos nescio qua temeri-
tate Asymbolon reddiderunt, quos olim vna professio
ouilis & pastoris consociauit. subneruantes illud iam
à Christo perfecte completum Gnomi, fiet vnum ouil-
le & vnus pastor. huicq; genti præpuciotennis non aut

corde circumcise, lapidem offensionis & petram scan-
 dali iuxta iter vite eterne statuunt, Quae comenta eo-
 rum licet facile dilui possint cum & Christus dominus
 ea in Matheo abunde diluit, qui plus traditionibus pha- Mat. 15.
 riseicis tribuebant quam verbo domini, ita plus Cai-
 phe aut Anne sanguinarijs quam Christo Ieremie sub-
 scribenti fiet vnum ouile & vnus pastor, ea enim ver- Iere. 23.
 ba ex coherentia litterae non aliud quam vnitatem o-
 uilis Iudaici cum gentibus ac vnitatem pastoris Messiae
 spirant. Oportet enim me (inquit) illas adducere quae
 verba summum pastorem vnitatemq; designant dispa-
 rium ouium, Cum isti Deum viuum verumq; in Iudea ta-
 tum notum coluerunt, illi vero Dijs manufactis velut Psas. 75.
 mente capti adolebant, Illi velut boues iugo Diuine le-
 gis iugati, isti aut velut Iob onager extra septa legis Iob 6.
 & naturae vagabundi in deserto Idolatriae ac volupta-
 tis lubricissimae ad Christum vsq; Apostolos absq; cha-
 mo & freno conuersabatur. Sed Messias de altissimis
 in carne mira extirpatione apparente boue cum onagro Philip. 6.
 in vnitae suauissimi iugi Euangelici copulauit, lupumq;
 cum agno habitare, pardum cum hedo ut est in Esaia
 vate accubare, leonem cum oue simul morari omnipo- Esa. 11.
 tenti verbo suo perfecit. Quid lupo aut leone ferocius?
 Quid hedo libidinosius? aut fetidius? Quid pardo ma-
 culosius? Quae omnia turpitudinem ac ferocitatem gen-
 tium significant, Quid oue aut agno mitius ac mansue-
 tius? tamen haec omnia tam seua animalia nationum
 ac tam mansueta haebreorum, Christus dominus pastor
 A iij omnium

omnium à ferocitate mansuefecit, à feditate & varie-
tate peccatorum vno fonte baptismatis abluit atq; illā
pecuinam ferocitatem in agnam naturam, spiritu o-
ris sui transformauit. Demptis quibusdam tam inter
iudeos quam inter gentes quos ore suo sancto filios in-
credulos ac perditionis nominauit, & quos magis mī-
dus cum actibus suis oblectat, qui hactenus circumeūt
ciuitatem Dei gloriosissimam, ouileq; Mannate sua-
uissimo refertum fastidiunt, ac famem paciuntur ve-
lut canes. Quum istos insulsa legis observatio demacra-
uit, illos vero Sardnapolica voluptas irretiuit. Fru-
stra itaq; docte Pontifex, causari de nobis solent iu-
dei pariter ac Saraceni, quasi nos plures caulis habea-
mus, aut plures pastores recognosceremus, cū tamē vni
omnium pastorem Iesum Christum vno ore ac vnani-
mi quatuor plagarum mundi consensu profiteremur,
licet varios ritus plerūq; Ecclesie vario modo obseruāt
velut & illi multos Rabinos sub vno Mose retinent,
Nam alij Caraimite seu literales, alij Talmutiste seu
Doctrinales, alij Cabaliste, alij Mercani seu oracula
vniū vocis rerum excellentissimarum vnius ad alterum
naruata ac recepte traditiones, similiter sicut in vna
archa quæ ipsissimum Typum gerit Ecclesie, varia re-
ceptacula & nidi animalium ferocium & mansuetorū
continebantur, vnius tamen Noah illa concursus di-
uersitas moderabatur imperio ac pastura, ita in archa
Iesu Christi etsi quædam varietas aparet rituum, par-
tim ex apostolorum traditione, partim ex apostolico
rum via

ru uiroru deuotione, tum etiam ex locoru & temporu
necessitate, tamen ea quæ sunt de substantia vera &
inconcussa fidei omnes ex æquo ubiq; terrarum in Euā
gelio Christi ac symbolo Apostolorum aut Apostoli
corum patrum Niceno, pleno ore confitentur, ut nihil
difficultatis aut diuersitatis in quacunq; lingua & na
tione proferantur, generent, & qnamuis alij Pape, a
lij Patriarche, quidam Catholici, quidam pastores &
Doctores tamen omnes teste Doctore gentium dati sūt Ephe. 4.
ab unico Christo, in opus ministerij, in edificationem
corporis Christi, quod est Ecclesia, nisi quod Petro ve
luti altero Noah ore Christi quadam prælatio Pastu
re in Ioanne collata est, ut sit vertex Apostolorum sicut Ioan. 21.
& post eum Romano pontifici ob reuerentiā Pe
tri quem sic Christus vnice veneratus est primus henc
inter Patriarchas Catholicos & Episcopos consensu
omnium Ecclesiarum attributus est, ut ea vnitate pasto
ris & ouilis vnum ouile & vnum pastorem habeamus
in terris, sicut vnus est Deus & pastor omnium in cœ
lis, verum quia hæc vnitas Ecclesiarum & pastor ū nō
omnibus constat vna, sed maxime dispar, ob id omni
bus ex æquo adnitendū est Pontificibus, ut eam vnita
tem in tot sectas diuisam atq; hanc archam Christi in
tam varias particulas fissam, glutinæ charitatis conso
lidarent, quod solet fieri in concilijs generalibus, vbi
patres gnari legis diuinæ, & traditionum paternarū
fere ex vniuerso orbe terrarum coeunt, vnum pasto
rem & vnum ouile recognoscentes, talis enim coicisio

gravis esset causa Iudeis ac Saracenis redeūdi ad archā
 fidei, vbi viderint in vna archa dicamerata aut trica-
 merata pacificā rationaliū animalū māsiōē, ad vñūq;
 perfectionis finem omnia festinare, nam quēadmodū
 nihil periculi in vita cuncta animantia inter archam
 conclusa annuo diluuiō passa sunt, ita in hac vnitatē
 Ecclesie cōclusi fideles nihil iacturæ aut despectus na-
 cio à natione, ritus à ritu pati debuisset, quod etiam
 Actu. 10. ille Primarius arche Christi gubernator se in visione
 vidisse testatur, nam in quadam extasi mentis hora sex-
 ta diei vigil existēs, vidit vnum linteum magnum fidei,
 in quo omnia quadrupedia & bestie terræ ac volati-
 lia cœli continebantur, quatuor funiculis Euangeliorū
 Christi adligatum de cœloq; in terram demissum, qua
 visione Christus principi Ecclesie manifestare digna-
 tus est, nullum hominem immundum dici debere, qui
 timuerit Deum & operatus fuerit iustitiam atq; in
 hoc linteō fidei Christi contentus fuerit, indissolubili-
 busq; funibus Euangeliorum colligatus, Ego itaq; mi-
 doctē Presul, qui nunc Leopoli diuersor ac Cathedræ
 dominicæ indignus præsum, velut Ierosolimis, inter
 tot nationes ac ritus disparēs, volens potius videre vñū
 Eccl. 17. quile ac vñum pastorem, mandatumq; quod Deus præ-
 cipit vnicuiq; de proximo suo quoquomodo implere.
 Adij nuper quēdam hominem Martinum seu Christi-
 colam professione, genere vero Armenum vartanum
 cognomento, virum sane religiosum religionis dñi An-
 tonij Egiptij imitorem, ac sacrosancti sepulchri do-
 minici mi-

minici militem, cum eoq; aliquoties de rebus fidei &
presertim de ianua sacramentorum conferens, omnia
exacte pro Christianæ fidei unitate responsa esse audi-
ui, neq; ego ibi tum quippiam illorum comentorū quæ
affingere solet illis imperitum vulgus in serijs interroga-
tionibus imo & obtestationibus deprehendi, sed illam
ueram ac genuinam confessionem triadis, & unius pa-
trisfamilias in Ecclesia Dei præsentiam, à quo inquit
Catholicus noster accepit potestatem & autoritatem
Sacrosanctorum clauium, præsertim à Syluestro &
successoribus usq; ad eum qui coelibatum ac glabram
faciem fieri persuasit, & persuadendo constituit, quæ
constitutio seu persuasio unitatem Ecclesiæ minime sol-
uere debuisset, præsertim cum unitas Ecclesiæ est de iu-
re Diuino, illa aut persuasio de iure positiuo, consule-
re enim possumus cum Apostolo uirginitatem, at di-
strictim præcipere non est iuris Diuini sed humani cō-
siliij, eosq; duntaxat obligat illa sancta persuasio qui li-
bere manus dederunt ac subscripserunt illi, quibus iā
resilire non licet sine graui offendiculo persuasionis se-
mel placite & approbatæ, istis uero quibus intolleræ-
bilis uisa est persuasio præhonorantes occidentales cœ-
libes, coniugalem castitatem ut tutiorem non tamen li-
beriorem sponte amplexati sunt, unitatem fidei uō ta-
men rituum parilitatem adinuicem professi sunt, sed
malicia temporum, negligentiamq; capitum, concilia-
orum uniuersalium raritas, contemptum cepit primæ
parere mutuum, bellorumq; ac captiuitatum inuale-
centia, de

scientia, deinde ex uicissitudinario contemptu suppū-
latauit discessio, post discessionem sine causa capitali
unitatis disruptio, talis tamen quæ essentialia fidei in
integritate unitatis conseruat, uiolatis quodammodo
his quæ ad cognoscendum naturam rei non nihil con-
ducunt. Ego uero uidens ac sepe cum Vartano collo-
quens Armenorum, ad Ecclesiam Romanam proximi-
orem obedientiam plusquàm uel Græcorum qui sepe bicipi-
tem habuerunt Ecclesiam, uel modernorum heretico-
rum qui acephalam nituntur uidere congregationem,
pecij eundem, ut si cōmode fieri posset mihi formam
Armenici baptismatis copiam faceret, ille ut uir uere
religiosus ac ueridicus sine deliberatione annuit, subiū-
gens, si inquit quippiam nostrum baptismata falsitatis
aut heresis, in se contineret, ne uerbum quidem exiret
in lucem, uerum quia confessionem ueræ fidei, & Ca-
tholicæ Ecclesiæ consensum retinet, nedum tibi sed &
summis uestris Pontificibus Romanis ausim intrepide
offerre, à quibus hæc sunt uel dictata, uel sanctæ
autoritate accedente approbata, sicquæ eo interpretan-
te in linguam latinam excipiebam, malui autem uerbū
uero reddere, quam si sensui dumtaxat obtemperan-
do simplex uerbum ueritatis fuco (ut fit) orationis ad-
dulcerare. Tuum igitur erit mi postulare à Deo Pon-
tifex, cū tu & nostræ Leopoldis inuictus patronus exi-
stis, & Armenorum singularis obseruator, in huius-
modi rebus fidei ea apud summum pontificem suggere
re, quæ illam pristinam patrum unitatem spirarent i
la. uera

la nero quæ optate unitati tot seculis sint aduersa res
secare, Tu enim doctrina, Tu autoritate atq; cordata
presentia ceteris præstas, tibi nedum autoritas in agre
diēdis, aut sapiētia in agēdis, uerū & facultas in adse=
quēdis præsto est. Te unū nobis post illū Petrū Tomiciū
uelut quādā lucētē tedā quoddā fatum diuinū reliquit,
adsunt etiam quottidie lateri tuo uiri doctissimi quos
foues uniceq; obseruas, præsertim Stanislaus ille Hosi=
us uir mire humanitatis, in quo sibi docta humanitas
facile domicilium elegit, cuius consilio tantum fidei
negotium cum magna omnium admiratione efficaciter
absolues. Te nobis illa parens tua pudicissima Anna
Samuelem non solum nomine persimilis, uerum magis
re ipsa à Deo ubertim postulando obtinuit, qui addi=
tus Tomicio uelut altero Eli eosdem titulos quos ille
uirtute meruerat, uoluntate Dei, uirtutis ac doctrinæ I Reg. i.
patrocinio, gratiaq; principis adsecutus es. Et quem=
admodum Samuel uniuerso Israeli non solum determi=
nate tribui necessarius fuit, sic & tu nedum Płoczkō=
uiro uerum & Armenis quos Sarmatia à quadringena=
tis annis sub alas aquillæ suscepit benigniter, cōmodus
esse uelis, unitatemq; hanc Ecclesie quam à tot seculis
miseri postulant per te postulatū à Deo obtineant,
maximum etiam adiumentum huic tam sancto pro=
posito præstabit & Reuerendissimus Antistes noster
Leopolien. Petrus Starzechowski cuius autoritatem
uerentur ac suspiciunt, inculpatamq; uitam intuentes
glorificant patrem cœlestem, ob hoc sacrum illius ue=
perantur

nerantur ceterasq; caeremias unice observant, non alie-
ter quam uel si ab eorū Catholico obita forent. Qua-
res magnam uim certe si Apostolo credimus habet ad
1 Tim. 3 faciendam unitatem & persuadendi copiam, cum is
qui praeest gregi dominico bonum testimonium habet
etiam ab his qui foris sunt, quale te etiam habere hij
qui extra stabulum Ecclesiae iudicantur esse Armeni,
palam testantur, cum te in omnibus negocijs seculari-
bus apud Serenissimum Principem benignum experiri-
tur patronum, nunc etiam in hac re animarum suarū
longe grauiori gratiosum sentiant una cum Petro Ar-
chipræsule eorum coapostolum atq; hactenus dissuta
unitatis Ecclesiasticae pium reformatorem, uerum ut
id quod tantis suspirijs exoptant facilius adsequi possis
hunc baptismi Armenici processum non graueris
per ocium praelegendo in tuo docto iudicio con-
ferre dextramq; subleuantem collapsae ple-
bi Armenicae porrigere uelis, Chri-
stus aut dominus cuius officium
geris in ouili suo uigilan-
ter, te nobis seruet diu
incolumē foelicitate
teq; Christi
qua foeli-
cem.

Leopoli Russiae Idibus Se-
ptembris Anno Domi-
ni. 1544.

PROCES=

SVS ARMENICI BAPTISMATIS
SIC EXORDITVR.

IMPRIMIS ADFERT OBSTETRIX
Infantem fascijs inuolutum, uel si senio confecta fu-
erit, tum femina uegetior quo adlato ante fores Eccle-
siae stat baiulans infantem. Patrinus tandem solus adue-
nit testis fidei futurus (nam feminae apud eos testes
baptismi esse nō admittuntur) Sacerdos aut sacris uesti-
bus indutus exit ante fores Ecclesiae, illicq; sacerdos por-
rigit patrino bombicem, simulq; inter digittos rotantes
parant filum bombinaceum longitudinis trium cubito-
rum, Deinde cum duobus filis serici rubri complicant,
hunc psalmum interim ter à Sacerdote & ministro al-
ternatim psalente,

Sacer. Domine non est exaltatum cor psa. 130.
meum neq; elatisunt oculi mei M: Neq;
ambulauit in magnis neq; in mirabilibus
super me Sa. Si non humiliter sentiebam
sed exaltaui animam meam Mi. Sicut
ablactatus est super matre sua, ita retribu-
tio in anima mea Sa. Speret israel in
domino ex hoc nunc & usq; in seculum
Sa. Gloria patri & filio & spiritui sancto
Mi. Sicut erat in principio &c.

Hec caeremonia licet corticetenus quippiam superstia-
tious quia

tionis (quia non nitebatur uerbo Dei) mihi cum tim-
ctiōni intereram uisa est habere, nam Sacerdotem &
patrinum uelut quosdam funifices inspexi, uerum cū
rogabam à Vartano usum funiculi qui in fine dicitur
desij mirarier,

Finito psalmo sic Sacerdos ad Deū propucio orat.

Oremus

Domine Deus noster Deus summe boni-
tatis, qui genus humanum a te elongatū,
collapsū & abiectū, a paradisi delicijs
segregatū, nolūisti tamen illud desere-
re, sed gratia tua immensa inclinatus es
de altitudine maiestatis tuę ad nos colla-
psos in peccatū, & suscepisti integre
carnem sine peccato, passione & morte
turpissima crucis saluationem nostrā re-
dimendo operatus es, rursumq; misertus
sic perditō generi humano donasti uitam
æternam, Suscipe nūc domine Deus sum-
mę bonitatis qui bene uis creature tuę,
qui se inclinant ad sanctam & præcastam
veramq; ac vnā diuinitatem tuam, vo-
luntq; nominari Christiani, da uirtutem
huic puero perueniendi ad sanctū fon-
tem tuum ut esset castę uitę, & heredita-
ret in regno cœlorū in Christo Iesu dño
nostro cui cū patre et spiritu sancto digna
est laus & gloria nūc & in perpetuū amē

Finita hac oratione orat Sacerdos psalmos duos altera-
natim cum ministro.

Sacer. Ad te domine leuavi animā meā *psal. 24.*
Deus meus in te confido non erubescam
Mi. Necq; irrideant me inimici mei
etenim vniuersi qui sustinent te non con-
fundentur.

Et sic usq; ad finem psalmi Deinde Sacerdos alium
psalmum xxv incipit.

Sacer. Iudica me domine quoniam ego
in innocentia mea ingressus sum & in do-
mino sperans non infirmabor Mi. Proba
me domine & tenta me renes meos
& cor meum &c.

Psalmis finitis minister clara voce hortatur populum
adstantem, ut orarent pro puero,

Minister

In pace ac humilitate rogate Deum ama-
torem hominis ut misericors sit misericor-
dia sua magna, & faciat eum dignum ge-
nerari secunda generatione & indui vesti-
bus quæ non putrescunt neq; veterascunt
& ut eum Deus in numerū electorum &
credentium adscriberet, & consociaret in
nomine suo sancto, & ut eum adiuuet do-
no suæ gratiæ omnipotens Deus noster
misericors,

Deinde Sacerdos ter cum ministro dicit Kyrieleyson
Christeleyson Kyrieleyson.

Exorcismus primus

Oremus

Suscipe domine Deus amator hominis o
blationem hanc non baptisatam, emun
daq; cor & mentem huius hominis ab o
nibus astutijs aduersarij nostri, & fac eum
dignum per hunc fontem mundationis
vetustatem Ade deponere, & renouari lu
ce et dono Christi ut ipse nobiscum simul
daret gloriam patri & filio & spiritui sancto
in eternum Amen.

Minister ad populum conuersus dicit.

Rogemus patres dilectissimi dominum
Deum pro salute & remissione peccatorum
& ut descendat super hunc puerum gra
tia domini nostri omnipotentis.

Exorcismus secundus

Domine Deus magne & gloriose in om
ni creatura tua. in tuo terribili ac potenti
nomine habes fiduciam iste seruus tuus
inclinauit caput suum ante nomen tu
um sanctum cui inflectuntur omnes
coelestes virtutes terrenae ac inferiorum &
omnes linguae fatentur quia dominus
Iesus Christus est in gloria Dei patris Ideo
huius

huius terribilis & omnipotentis nominis
tui suscipiat partem iste seruus tuus,
ut recedat ab eo omnis fallacia dyaboli,
& error idolatriæ & omnes laquei satha-
næ, Respice domine gratia tua super hunc
seruum tuum repelleq; ab eo omnes euentus
qui possunt eum superare aut impedire
ab inuocatione nominis tui sancti, ut non
impedirent opus eius, & omnes insidias
inimici quibus ille asuevit fallere & per-
dere malus demō ab eo remoue, ut ipse
sathan terrefactus nomine tuo sancto tri-
stetur & maceretur inuisibili pena exorci-
sando & precipiendo ac remouendo ab
eo ut nunquam ad eum appropinquet,
Infunde in eum cœleste donum & exhi-
lara eum super magno nomine tuo vocando eum
Christianum & fac eum dignum hac tinctione
secundę regeneratiōis, ut suscipiat spiritum
sanctum, sitq; corpus & membrum Eccle-
się suę, seruiatq; Deo, bono Christianismo,
& perueniat ad parata bona, cum omnibus
sanctis & amatoribus nominis tui, glori-
ficando & laudando impermutabile re-
gnum tuum cum patre & spiritu sancto Amen
Hucusq; anus stat cum infante exorcisato à sacerdote,
finitisq; exorcismis, ponit obstetrix puerum in terrā

B

cunis ob

canis obuolutum, & abijt domum. Tūc cōpater mox
de terra leuat puerum, & vertit se ad occidentem so-
lem, tenens puerum in vlnis, Sacerdosq; ter interro-
gat patrinum.

Cathecismus Primus.

An abrenunciat sathanæ & omnibus fal-
lacijs & gressibus eius ac angelis eius. ⁊
Patrinus autem ter interrogatus in tertia persona rea-
spondit.

Abrenunciat.

Tūc patrinus conuertit se cum puero & sacerdote
ad orientem solem, & dantur compatri due candelle
incense in manus vtrasq;. Interrogatq; compatrē ter.

Cathecismus Secundus.

An credit sanctissimam Trinitatem Pa-
trem & filium & spiritum sanctum ⁊
Respondet compater ter

Credit.

Cathecismus Tercius.

An credit Anunciationem Gabrielis ar-
changeli, natiuitatē filiū Dei, passionem,
sepulturam & tertia die resurrectionem
ac ascensionem ⁊

Respondet compater semel

Credit.

Hic iam finitis Cathecismis at q; Exorcismis, mini-
ster Ecclesiæ occludit fores templi, & Sacerdos ante
clausum ostium orat Psalmū 117. alternatim cū mini-
Sa. Confitemini domino quoniam bon⁹
quoniam in seculum misericordia eius.
Mi. Dicat nunc domus Israel quoniā bo⁹

10
nus, quoniam in seculū misericordia eius
Sacerdos autem inter psallendum dum peruenit ad ver-
sum illum

Aperite mihi portas iustitiæ ingressus in
eas confitebor domino hæc porta domini
iusti intrabunt in eam,

Hic mox aperitur ad vocem Sacerdotis templum pu-
erq; cum compatre intrat Ecclesiam & psalmum præ-
dictum continuant vsq; ad fontem, tandem Sacerdos
orat ad Deum orationem super sanctum Chrisma

Oremus

Valde laudabilis es domine Deus noster
qui elegisti sibi populū sanctū in sacerdoti-
um, ad regnumq; genus sanctum, & po-
pulum acquisitionis ad hereditatem, si-
cut in principio vnixisti oleo sancto Sacer-
dotes, prophetas, reges, ita & nūc hoc sa-
cro sancto oleo, rogamus te domine Deus
summe bonitatis, demitte donū spiritus
sancti super hunc oleum, ut quicumq; eo
vnctus fuerit, sit ei in sanctificationem &
emundationem spiritualis mentis, contra
aduersitates & potestatem aduersarij, ut
sit fortis tenere & seruare præcepta tua bo-
no opere, & impleat illa & laboret, fati-
getq; se in seruitio tuo, ut sit illuminatus
mente casta in hoc mundo ad defendendū

B ij dam

dam animam suam, ad gloriam & laudem
sanctissimæ trinitatis, & ut sit vnct⁹, sitq;
idoneus peruenire ad hereditatē eorum,
qui amāt nomen domini nostri Iesu Chri
sti, & in eodem nomine dare gloriam &
laudem patri omnipotenti simul cum vi
uificante & saluante spiritu sancto Amen
*Hic Sacerdos, finita hac oratione, fundit aquam secū
dum qualitatem temporis in fontem, sicq; eam conse
crat, Imprimis dicit Psalmum 28.*

**Sa. Afferte domino filiū Dei, afferte do
mino filios arietum**

Et solus Sacerdos dicēs hunc psalmū fundit aquā dicēs
Vox domini super aquas

*Donec psalmum integre compleuerit, tandem Sacer
dos legit Prophetiam Ezechielis ex ca. 36 desumptum*
**Hæc dicit dominus Deus, Effundā sup
vos aquā mūdā & mūdabimini ab oībus
inquinamētis uestris, & ab vniuersis ido
lis vestris mūdabo vos, & dabo vobis cor
nouum & spiritum nouum ponā in me
dio vestri** *Vsq; ad eum locum Propheciae. Et eri
tis mihi in populum & ego ero vobis in
Deum, & saluabo vos ex vniuersis inqui
namētis vestris, dicit dominus omnipo.*
Postea minister legit epistolam diui Pauli ad Gala. 3.
**Priusq; veniret fides sub lege custodieba
mur con**

mur conuclufi in eam fidem quæ reuelan/
da erat. Itaq; lex pedagogus noſter fuit in
Chriſto ut ex fide iuſtificemur, At ubi ve
nit fides iam non ſumus ſub pedagogo
omnes enim filij dei eſtis per fidem quæ
eſt in Chriſto Ieſu, Quicūq; enī in Chri/
ſto baptiſati eſtis Chriſtum induiſtis, non
eſt Iudeus neq; Græcus, nō eſt ſeruus ne
q; liber, nō eſt maſculus neq; fæmina, ſed
omnes vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu
vsq; ad eum locum Pauli Secundum promiſſio
nem heredes in Chriſto Ieſu dño noſtro.
Finita epiſtola dicit Sacerdos ter Alleluia alleluia alle
luia, deinde orat psalmum 22.

Sacer. Dominus regit me, & nihil mihi de
erit, in loco pascue ibi me collocauit
Mī, Super aquā refectionis, educauit me
animam meam conuertit &c.

Tandem Sacerdos legit Euangelium ſecūdū Ioannē 3.

Erat homo ex phariſeis Nicodemus no
mine princeps Iudeorum &c. vsq; ad eū lo
cum Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu

Tandem miniſter hortatur populum ad orandum.

Minister

Rogate fratres dilectiſſimi pacem de altiſſimis

Populus reſpondit Domine miſere.

Rogate pacem omni mundo & firmitatem Eccleſiis
ſanctis, Domine miſerere.

Rogate pro Episcopo nostro & pro salute animæ eius
ut eum conseruet Deus à malo, Domine miserere.
Rogate pro sancta Corona coronati Regis nostri Sigismundi.

Domine miserere.

Rogate ut opus hoc baptismi in bonum conuertat &
sacerdotem baptizantem adiuuet, Domine miserere.

Rogate ut hæc aqua sit sanctificata ad creationem spiritus sancti,

Domine miserere.

Rogate ut det Deus huic aquæ vim regeneratiuam sicut dedit aquis Iordani,

Domine miserere.

Rogate ut de altissimis genetur & sit iste puer filius lucis & ueritatis,

Domine miserere.

Rogate per inuocationem & commemorationem & intercessionem Deipare præcastæ virginis Mariæ & sancti Ioannis baptistæ & omnium sanctorum Amen.

Apendix autoris

En mi Samuel uetustissima Ecclesia Armenorum à s. Bartholomeo Apostolo conuersa Inuocationem, commemorationem, ac intercessionem sanctorum debita cum ueneratione retinet, aduersum modernos uigilantiam heresis suscitatores lutheranos, qui sanctorum coelestium cetum sine sensu ac motu etiã contra Philosophos post mortem impudenter asserunt. Surgent itaq; simplices Armeni in iudicio & condemnabunt generationem hanc blasphemantem duodecim iudices tribus Israel, sed ad propositum redeamus.

Finita letania Sacerdos consecrat fontem aquæ,

Oremus

Tu domine potestate tua creasti mare &

aridam, & omnia quæ in eis sunt, segrega-
sti autem & posuisti aquam super cœ-
los in habitaculū perlucidarū virtutū
tuarum, qui incessanter laudant te, misi-
stique sanctos Apostolos tuos, dādo eis vir-
tutem prædicādi & baptizandi In nomi-
ne patris & filij & spiritus sancti omnes
infideles, & cōstituiisti vero verbo tuo ut
quicūq; se non regenerauerint ex aqua &
spiritu sancto non possunt introire in re-
gnum tuum domine, hæc verba pertinu-
it seruus iste tuus & venit voluntate ad a-
blutionem spiritualem aqua ista. Rogo
te domine demitte spiritum sanctum sup
aquam istam & sanctifica eam sicut san-
ctificasti fluentia Iordanis descendēdo in
ea. Domine mundissime & sine peccato
Iesu Christe, qui dedisti exemplum per
hanc secundam generationem nobis om-
nibus hominibus, da etiam per hanc aquā
huic qui se baptizat nunc remissionē pec-
catorum accipere, & spiritum sanctū su-
scipere, ac esse heres cœlestis regni utq; sit
mundatus a peccatis, ut complaceat vo-
luntati tuæ in hoc mundo & post mortē
sine corruptione ac sine diminutione bo-
nitatem tuam suscipiat & in hilaritate ma-

B iij nēs sem

neñs semper daret gloriam & laudē Deo
patri & filio & spiritui sancto Amen.

Finita oratione accipit Sacerdos crucem cuiuscunq;
minera & immergens fontiter & dicens ter Alleluia
cum oratione Sancti ✠ ficetur mun ✠ dificetur
aqua ✠ ista In nomine patris ✠ & filij ✠ & spiritus
sancti ✠ Amen.

Et repetit ter Alleluia. Et hic sacerdos infundit Chris-
ma in aquam, puerq; cum hic denudatur talemq; ora-
cionem sacerdos dicit, Oremus

Quia tu domine vocasti seruum tuū ad
mundationem & tinctionem, fac eū di-
gnum suscipere donū tuū & deduc eum
isto baptismo ab antiquo peccato, & in-
noua eum noua vita, infundeq; ei virtu-
tem spiritus sancti in renouationē glorię
Christi tui, quia tibi vno summę bonita-
tis Deo digna est gloria in eternum Amē
Hic abiciuntur fasciæ ueteres, in quibus adlatus erat
puer, sicq; accepto puero nudo interrogat sacerdos
Compatrem Quo nomine puer sit baptisandus, Com-
pater respondet uoluntatem parentum, uel arbitrio
sacerdotis committit secundum quod sors aliquod fe-
stū tulerit, Postea sacerdos accipit puerum nudum
per manus & pedes instar agni dorso in aquam eum
mergit, emisissq; ē manu pedibus infantis manu dextra
ter fundit aquam in caput infantis adiungens hāc for-
mā uerborū in tertia persona more Græco prolatorū.

Me
yest

Bap
fili

Hec
feren
uctitu

sed qu
causa

ferun
matic

uaria
bant,

qui v
& sa

tus sa
opera

Ecce
meum

Dei p
tionem

uitici
sanct

ficant
& M

Armenice forma baptismi.

Megerdi ouannes anunhor yeff vorto
yeff surp hoknyn amon.

Latine sic

Baptizatur Ioannes in nomine patris &
filij & spiritus sancti Amen.

Hæc forma eadem est cum Græcis, hoc solum pro di-
ferentia Vartanus dixit fore, quia à patribus habent
uctitum inter personas diuinas Amen non interponere
sed quasi vno spiritu coniunctim efferre. Cum autem
causam quererem, cur sub tertia persona formā pro-
ferunt, non aut sub prima. Respondit Vartanus q. Græ-
matica prelatio Deum trinū & vnū sub hac forma nō
uariat, nisi apud gentes qui pluralitate Deorū gaude-
bant, ac etiam baptismum attribuimus spiritui sancto,
qui vbi vult spirat, iste itaq; est (inquit) qui baptizat
& sacerdos uelut minister ac instrumentum est spiri-
tus sancti similiter & Iesu Christi mandantis, cum ista
opera Triadis sint indiuisa.

Apendix Authoris

Ecce Beatissime Præsul, ego & ille frigidiora, quam
meum & tuum pronomina, quantas turbas Ecclesiæ
Dei pepererunt cum orientales Deo autori, sanctifica-
tionem per fidei tinctionem tribuunt, iuxta illud (le-
uitici 20) omnipotentis uerbum. Ego dominus qui
sanctifico. Et occidentales ministro potentiam sancti-
ficandi per uerbum Dei Deum dedisse affirmant, sicut
& Moysi ministro consecrationis Episcopalis à domi-

no dictum est Exo. 19 Vade ad populum & sanctifi-
ca illos & iterum sanctificabis Aaron ut fungatur sa-
cerdotio mihi, & iterum Deus dedit talem potestatem
hominibus scilicet dimittendi peccata exteriori sacra-
mento cum uerborum prolatione, Dominus autem o-
perator & sanctificat inuisibili gratia per ministrum
uelut instrumentum, tamen utrobique salus credentium
& dispensatio Ecclesiastica disciplina hac inuocatio
ne & concessione Trinitatis perficitur, Sed hanc litem
autoritati Ecclesiae discutiendam committamus, nos
reliquam Armenici baptisimi ceremoniam prosequamur

Fusa sic ter aqua in caput pueri cum prolatioe tri-
adis, postea mergit totum puerum & dicit ter abludo eum
Emptus es sanguine Christi a seruitute
peccatorum, & susceptus in libertinum & he-
reditatem patris coelestis & iam eris cohe-
res Christi & domus spiritus sancti
Quicumque enim in Christo baptisati estis,
Christum induistis Alleluia, & qui a pa-
tre illuminati estis a spiritu sancto eritis
consolati Alleluia

Postea Sacerdos legit Euangelium Ioannis 3.

Venit Iesus a Gallilea in Iordanem ad Io-
annem ut baptisaretur ab eo usque; dum uenit
ad locum Euangelij Baptisatus autem Iesus
confestim ascendit de aqua

Hic leuat sacerdos puerum a fonte & porrigit cum pa-
trino, ipse uero continuat Euangelium usque; ibi

Hic
ben
Finit
Poste

Qui
ste L
tia
quia
cistic
redit
nem
man
& in
bi, p
cui s
& sp
Deind
Pax

Hoc lo
nes lin
nostro
sacerd
incuru
daq; m
sacerd
Deus

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi
bene complacitum est

Finito Euangelio singuli orant dominicam orationē,
Postea sacerdos sic orat.

Oremus

Quia illuminasti creaturam tuam o Chri-
ste Deus noster dando lucem intelligen-
tiæ diuinitatis tuæ animabus nostris, &
quia saluasti hunc I. & mundaſti eum fe-
cistiꝑ eum dignum dando ei partem he-
reditatis tuæ, Dona etiam ei communio-
nem sanctorum, & semper immaculatū
manere, ut mereatur associari iustis tuis,
& in numerum sanctorum tuorum ascri-
bi, per dominum nostrum Iesum Chri-
cui sit digna laus & gloria cū Deo patre
& spiritu sancto Amen.

Deinde sacerdos ad plebem conuersus, dicit

Pax vobis, Inclinate capita uestra Deo.

Apendix autoris

Hoc loco ad vocem sacerdotis, Doctissime Præsul, om-
nes lingunt terram, hoc ideo hic adscribere uolui, ad
nostrorum superbiam retundendam, qui uix toties per
sacerdotes moniti, caput aperiunt, aut genua integre
incuruant, præsertim cum sacrosancta liturgia, tremē-
daꝑ mysteria omni creaturæ peraguntur, Deinde sic
sacerdos orat

Oremus

Deus omnipotēs qui es sine fine gloriosꝑ

& oia secreta cordiū nouisti, & tu es vn⁹
& solus sanctus & in sanctis requiescens
saluator omniū hominū, qui donas sci
entiam tuam in veritate, & das nobis li
bertatem ut efficiamur filij Dei. per hanc
generationem, qua sumus regenerati ex
aqua & spiritu, Sicut etiā renouasti hanc
oblationem Io. delēdo hac tinctiōe pec
cata illius, fac eum mundum per tuam
iustitiam, & infunde in eum virtutem spi
ritus sancti, ut sit domus diuinitatis tuæ,
possitq; ambulare in omnes vias iustitiæ,
stareq; in conspectu vnigeniti filij tui, vn
de tibi Deo patri omnipotenti & viuifica
tori & saluificatori spiritui sancto sit glo
ria in eternum Amen.

Hic iam fit vntio pueri cum Chrismate per Episcopū
si adest, uel per præsbyterum si Episcopus abest,

Apendix a utoris

Ex hac cerimonia Beatissime Antistes magnam reue
rentiam ueterum Episcoporum in Ecclesia Dei colligo,
nam apud eos non potest simplex sacerdos ungere pue
rum in aliqua parte corporis sine speciali admissione
Episcopi, si est præsens, non solum in templo, sed etiā
in eadem ciuitate, in tanta enim nedum autoritate ue
rum & reuerentia habent Episcopos, hoc autem ex
ueteribus patrum dogmatibus eos habere cōstat, Nam

Ignatius ille: Deiparae uirginis singularis cultor, de Ie-
su Christi martir, Antistesq; Antiochenus in ordine
post Petrum secundus, Ita ad Trallianos Asiae popu-
los scriptum reliquit, Necessarium (inquit) est uos ni-
hil preter Episcopum facere, sed neq; aliquid agere,
Sed ueneramini Episcopum uestrum sicut Christum,
secundum quod uobis beati apostoli praeceperunt, qui
autem ei inobediens fuerit, hic sine Deo omnino erit
& impius & contemnens Christum, & ordinationem
ipsius minorans, & alia plura ibi latius commemorat
ad quem tam uetusta Ecclesiae Episcopum & Marti-
rem remitto omnes illos qui auctoritati Pontificali de-
trahunt, famosisq; libellis afficiunt atq; sugillant, cum
apertum Dei uerbum habeamus de obedientia discho-
lis praesidibus, uel potius pro talibus orandum sit, ut
eis daret Deus mentem sanam, & regimen apostolicum
aut quo auferret eos ab oculi suo, Errant itaq; omnes
illi atq; grauiter peccant, qui capita Ecclesiae detur-
pant atq; inuectiuis Pasquiliacis conspurcare audent,
Contra quos in iudicio surget simplicitas Armenorum
in simplicitate graui pontifices a Deo datos siue bonos
siue discholos honorantium. Dum autem hoc baptisma
latinitati donabam, carebant tunc Armeni Leopolicum.
Episcopo ob antiquitatem per mortem absumpto. Pro-
inde sic sacerdos ungebat. Chrismate singula membra
pollice & primo in fronte cum his uerbis.

Oleum sanctum fundo in te in nomine
Iesu signum ✠ Dei & coeleste donum po-
no in te

no in te In nomine patris & filij & spiritus sancti Amen.

Deinde oculos

Signum ✠ in nomine Iesu illuminet oculos tuos ne vnquā obdormiant in morte.

Postea aures

Sit tibi hoc signum ✠ in auscultationem praeceptorum Dei. in nomine patris &c.

Deinde nares

Signum ✠ Christi sit tibi in odoratū suauē, odoris suauitatis de hac vita in illam eternam, in nomine patris & filij &c.

Tandem os pueri linit dicens

Signum ✠ hoc sit tibi clausura fortis labijs tuis, & causa salutis ac boni operis, in nomine patris & filij &c.

Deinde ventrem

Signum ✠ Dei firmet te & spiritum veritatis innouet in visceribus tuis in nomine patris & filij & spiritus sancti.

Postea scapulas

Sit tibi hoc signum ✠ armatura fortitudinis ut ea possis omnia tela ignita nequitie extinguere in nomine patris &c.

Tandem conuexum pedum linit

Signum ✠ Dei dirrigat gressus pedū tuorū ad regnū coeleste in nomine pat. &c.

Finita

Finita unctione salutat sacerdos puerum dicens
Pax tibi saluate & conseruate a Deo.
Hucusq; fit puer nudus postea induitur per sacerdotē
in uestem cuculatam à uertice capitis usq; ad plantam
pedis protensam, In cuculo aut sunt quinq; cruces in
memoriam quinq; plagarum Christi, Deinde sacerdos
astipit illum funiculum bombinaceum ac sericeum quē
in principio cū compatre parauerat, scinditq; eum
in tres partes æquales. Prima parte funiculi colligat
cuculam desuper ad caput pueri ne cuculus deponere
tur. Secunda parte funiculi ligat cuculam ad colum
appendendo prius in filo cruciculam de quacunq; mine
ra (pauperiores de cera faciunt) Tertia parte funiculi
li precingitur puer, Iste funiculus triplex Trinitatem
benedictam designat Secundo etiam designat Diuinita
tem iunctam humanitati uelut sericum cum bombice.
Tertio necessitatē ostendit propter reuerentiam Chri
smatis ne cucula illa ex puero decidat, sicq; induto ac
ligato puero sacerdos orat

Oremus

Benedictus es domine Deus summe bo
nitatis, qui induisti seruum tuum vesti
mento protectionis, & tunica gaudiū, co
ronāq; gratiæ tuæ posuisti in caput huic
Io. Armisq; inexpugnabilibus cōtra ad
uersariū vestiuiisti, ob hoc nos tibi dam
gloriam & honorem patri & filio & spir.
Postea sacerdos accepto puero à compatre ascendit

ad altare Dei si ibi est sacrificium & inclinā. se se cū
puero ter, figit osculum altari, Si aut non peragitur
sacrum, tunc uersus ciborium se inclinat & osculatur
altare & ab altari redit ad fontem iterum, & facta
inclinacione etiam osculatur fontem, restituitq; puerū
compatri & orat super populum & puerum

Oremus

Domine Deus omnipotens pater domini
nostri Iesu Christi, tibi omnes fideles in-
clinauerunt capita sua, Impone inuisibi-
lem manum tuam in eos & sanctifica eos
& opus manuum eorum adiuna & qui
sunt in puritate cōfirma eos omnesq; cre-
dentes corrobora, ut habeant patientiam
ad omnia seruitia Dei, conseruesq; hunc
puerum Io. in pace, fouendo eum ad iu-
stam crescentiam illius. Circumda etiam
ac protege eos in omnibus eorum habi-
tationibus, ut sint hilares laudantes domi-
num nostrum Iesum Christum ut tibi pa-
tri sanctoq; flammī sit honor & gloria in
perpetuum Amen.

Postea sacerdos secundo uadit ad altare, & si sacer-
dos alter missat, facit crucem pollice in ore pueri, si
aut non missat tunc ē ciborio accepto fragmento sa-
cræ hostiæ facit crucem ad os pueri & tandē dat pue-
rum compatri, & compater stans cum puero in medio

Ecclesie

Ecclesie salutatur & osculatur cū puer ab omni
Ecclesia puer ad cuculam capitis, compater ad hume-
rum, in osculo sancto, multaq; fit ibi pūero contri-
butio aut inligatio plusq; more nostro, nam compa-
ter cruciculam puero donat ad colum ex auro uel ar-
gento, aut aureū uel quippiam aliud pro facultate,
& sacerdoti pro labore impertit elemosinam largi-
ter, his peractis compater restituit puerum obstetri-
ci, & mox Sacerdos & compater cum populo comi-
tantur puerū ad domū patris, & inter eundem sacer-
dos orat Psal. 31.

Beati quorū remisse sunt iniquitates &
quorum operata sunt peccata vsq; ad finem.
Postea in domo po. recto puero patri seū matri orat
sacerdos pro omni populo Christiano

Oremus

Gloria tibi sit rex eterne quoniam multi-
plicas & repleas Ecclesiam tuā sanctā cla-
ritate fidei sine nūero eos quos defendis
per uerā cognitionem diuinitatis tuæ, sed
o domine Iesu Christe. sicut spiritali re-
generatione fecisti nos dignos hæredita-
tis tuæ, ac etiam fecisti idoneos suscipe-
re corpus & sanguinē vnigeniti filij tui,
Ideo præserra eos ut castitate conserua-
rent in se spiritū sanctū, facerētq; sine pec-
cato voluntate tem tuam & ut sine macū
D la possint

la possint peruenire ad uitam eternam, et
nos omnes qui sumus in presentiarū be-
nedic ✠ dono misericordiæ tuæ & tibi sal-
uator noster Iesu Christe gloria sit cū pa-
tre & spiritu sancto nūc in perpetuū amē
Hic sacerdos docet obstetricem ac parētes pueri ne in-
fantē ex illo cuculo deduerēt usq; ad octauum diem
propter Chrismatis reuerētiam, uerum hac constitu-
tio temperata est ad triduum, propter infantū sine lo-
tione infirmitates, sic sic humanā constitutiones sunt
durabiles, Tercio autē die, sacerdos aduocatur &
deduit puerum de cucula orando sequētem orationē.

Oremus

Domine Deus qui baptifasti & illuminā-
sti seruum tuū Io. & dedisti ei sanctifica-
tionem tuam, da ut firmiter maneat in
hac sanctificatione & emunda eū tuo lū-
mine Diuino, & conserua eum firmiter
in dono tuo quod ei tribuisti, Repelle ab
eo omnes errores & aduersarij tentatiōes,
& remoue ab eo ut nihil faciat contra le-
gem tuam, atq; lucida cognitione sit in p̄-
ceptis tuis & vera cōuersatiōe perueniat
ad promissam tuā pacē, Angelum pacis
dñe demitte ei, ut ueniens custodiat eū ab
omnibus tentationibus, & nos indignos
famulos tuos effice dignos, ut essemus i-
donei

donei expectare secundum aduentum vni-
geniti filij tui domini nostri Iesu Christi.
tibiq; Deo patri simul cum sancto spiritu
damus gloriam nunc & in ppetuum Amē

Apendix autoris

Consideret hic factio lutherana quantis caeremonijs re-
ferta sit Ecclesia armenorū, quas ita obseruant ac ve-
nerantur ut uel prius mori malint, quam uel unam ex
his obmittere, In necessitate tamē omnes hij cathecismi
& exorcismi alijq; ritus obmittuntur, ad solam dun-
taxat tinctionem fit processus, quae est praecepta ore
Dei immutabili,

Apendix autoris

Licet aut iam hic mi Samuel, finem libelli facere cum
sine baptismatis Armenici, animus erat, Tamen &
ea quae consequuntur baptismum adicere pulchrum pu-
taui, quo cōpletam caeremoniam in antecedentibus &
cōsequētibus baptisma eorū, latine haberemus, proin-
de & purificationem seu introductionē mulieris post
partum, una cum puero baptizato, trāsferre uolui,
ut modernorum hereticorū perniciatiam quam etiā
in hac postrema caeremonia pertinaciter exhibent, ali-
enis armis refelleremus, Nam si ab hiis (ut placeat Da-
masceno) qui foris sunt, hoc est agentibus qui sunt ex-
tra Ecclesiam, utile quid fructificare poterimus, non
abiciendum est, purum & naturale aurum coaceruan-
do, contaminatum autem refutando, & addit idem
Graecus Doctor, assumamus sermones optimos philo-

sophiæ, Deos aut gentium derisibiles, & fabulas alienas canibus proiciamus, plurimam enim ex ipsis aduersus gentes fortitudinem habere poterimus, quanto magis ab his qui recognoscunt unum pastorem Christum, & unam Causam Catholicam, accipiendo sana dogmata istis neochristianorum hedis ac coruis obicere in disputatione possumus, nostratibus aut robur tantisper
Leui. 12. obseruatæ cæremonie, partim ex sanctione Mosaica, partim etiam ex insonti purificatione Deipare Maræ virginis, quæ Euangelica traditione constat, tum etiam ex consensu omnium Ecclesiarum facere conueniens erit, hæc aut introductio apud Armenos peragitur eo qui sequitur modo

Luce 2.

PURIFICATIO MULIERIS ARMENICÆ SIC FIT

ERIS ARMENICÆ SIC FIT

In primis mulier siue diues sit siue pauper per 40 dies abstinere ab ingressu templi, exactis quadraginta diebus, uadit ad Ecclesiam comitata obstetrice, & honestæ conuersationis feminis, ueniensq; ante fores Ecclesiæ, dat puerum obstetrici, & sola quadragesies cadit in genua, si est uiuax femina, si debilis tum tantum inclinatur caput orans præcationes Dominicas & alias orationes quas sciuerit, facta gratiarum actione, recipit puerum ab obstetrice, expectatq; aduentum sacerdotis. Deinde sacerdos sacris uestibus indutus exit ad lumen Ecclesiæ, sicq; orat supra mulierem.

Oremus

Domine Deus qui venisti liberare hominibus

nem, respice super hanc mulierē, & dona
ei ut in hanc Ecclesiam digna foret ingre
di, in castitate ad laudē tuā, ut esset parti
ceps sanctissimi corporis & sanguinis tui,
& emunda omnes immundicias corpo
ris & mentis eius, animamq; eius ad ple
nariam completionem dierum induction
nis conserua, & exerge per manus sacer
dotis dono tuo maculas ab ea, & fac eam
dignam ingredi Ecclesiam, ad laudem
tuam sanctam, largireq; ei eternam boni
tatem tuam, quę in te est, ut sit tibi gloria
in eternum Amen.

*Tandem porrigit sacerdos mulieri stolę extremitatem
& inducit in templum, postea flectit genua mulier in
medio Ecclesię & sacerdos sic orat supra puerum,*

Oremus

Deus qui renouasti ex vetustate peccati
hominem, & vitam immortalem tribui
sti ei, quicq; es virt⁹ & auxiliator, omnib⁹
ad te confugientibus, Confirmatus enī
erit amore & dono gratiæ tuę, quicunq;
sub protectionē dextera tuā sanctā con
fugierit, presertim cum tu es dominus pro
ximus omnibus te inuocantibus in veri
tate, & benefaciens omnibus, Conserua
etiam & huic puerum Io. conseruatione
D iij iusti

iustitiæ tuæ, & fac eum dignum accipere
emundationem sanctam, ac inunctione
spiritus sancti ingredi in Ecclesiam tuam
sanctam, Rogo te domine, ut descendat
super hunc puerum Io. spiritus mititatis
ac iustitiæ, ac intelligentiæ ut sit dignus
filius, ascribi in numerum electorum tu
orum per te factus quam castissimus, co
ronam ac insignitionem crucis tuæ acci
pere in dextera tua, & frui cum amicis tu
is sanctis regnum tuum cœleste, in Chri
sto Iesu domino nostro, Cui sit laus & po
testas cum viuificante spiritu sancto nunc
& in perpetuum Amen.

Postea minister accipit puerum ex ulnis maternis, &
vadit ad altare ubi sacerdos sacrificat, qui conuersus
ad puerum signat pollice os pueri, Tandem minister
dat eum matri suæ.

Peroratio Autoris

En habes Præsul dignissime, Baptisma tuorū armeno
rū Leopoliē. simul cū purificatiōe mulieris post par
tū, hic iam despice & in arduis iudiciū profer, si reti
nēt vnius pastoris & vnius ouilis dogmata, si aut per
spexeris eos talibus rebus carere, propter misericordi
am Dei, coneris reducere ad ouile Christi, quos cernis
fore cōfessores Trinitatis, Sis eorū Apostolus, cū tibi
& facultas, & doctrina, ac autoritas adest, Gaudeāt
per te accepisse vnitatem, & ex vnitatem pristinam di

20
gnitate, Immarcescibile siquidē premiū à Deo optimo
maximo te cōitabitur, nomē etiam tuū illustre facies,
ad posterosq; eorū eternaliter mittes, Suggeres Ponti
fici Romano quātū debeat eis, qui ritibus suis appro-
pinquāt sibi. Remoue obprobriū à faciebus eorū, ne
sint contemptui quos abluit unda baptismi, atq; super
quos inuocatū est nomē domini Zeuaot, Si te tangit
sancti Iob pacientia, si sanctitas, atq; rectitudo cordis
mouet, Illos enim scias esse de tam recta & sancta stir-
pe. Nam Hus fuit filius Aram & Aram fuit quartus
filius Sem, à quo Armeni semite dicti sūt, seu ut Iosopho
lib. 5. ant
placet ab Aram Aramei quos Græci Syros appellant,
Et quēadmodū olim Archa domini non à casu uel for-
tuito, sed Angelo Dei dirigēte in mōte Armeniæ Char-
diēū dicto, requieuit, (Illū enim locū Armeni Egres-
soriū uocant) ita nunc te Angelo domini exercituum
disponēte, requiescat archa Ecclesiæ in mōtibus san-
ctis Armenorū Christū confitētibus, Dabo breui & ali-
os ritus Armenorū latine factos, qui illā uetustam Ec-
clesiæ autoritatem retinent, aduersūq; nouatas hereses
modernorum sciolorū magnam uim defensionis sub-
ministrant, dummodo hæc ianua fidei primū tibi acce-
pta fuerit. Vale decus Præsulū Poloniæ, tuosq;
Armenos cum translatores eorum, solita gratia
prosequi expectationiq; eorum aliquando
respondere digneris.




BIBLIOTH. UNIV.




JAGELLONICAE

Phylog.

Trop. Mus.






Biblioteka Jagiellońska



stdr0032355



LIBEL.CZIK, Baptismum A tmenorym 1544